

## MANTISSA.

9482 Q. Numerio Q. f. | Rufo<sup>1</sup> q.<sup>2</sup> | stipendiariaei | pagorum Muxsi | Gususi Zeugei.

*Uticae (Merlin c. r. de l'Acad. des inscr. 1913 p. 106). — 1) Idem ut videtur qui legatus, C. Caesaris ut puto, in insula Issa Dalmatiae posuit titulum III 3078 = I ed. 2 n. 759. Tribunus plebis fuerat a. u. c. 697 (Cic. pro Sest. 38, 82. 43, 94 cum schol. Bob. ad 33, 72 p. 97 ed. Hildebrandt). — 2) Quaestori (provinciae Africae). Titulum quaestori positum a mancipibus stipendiorum Africae habes supra N. 901.*

9483 . . . . . | Favonio<sup>1</sup> cos., pro | cos. Asiae, XV viro | sacr. faciendis, soda|li Augustal., IIIvir. cen|tur. equit. recognosc. | censoria potestat.<sup>2</sup>, | leg. divi Augusti et Ti. | Caesaris Augusti | . . .

*In Phrygia, in ponte Caystri, prope locum ubi videtur fuisse Iulia Ipsus (descripserunt Ramsay et Calder a. 1911, hic recognovit a. 1912, edidit Journal of Roman studies 2, 240). — 1) Proconsul hic Asiae, extremae ut videtur aetatis Augusti vel incuntis Tiberii ignotus; nisi forte Favonius alterum nomen unius ex nobilibus eius aetatis iam notis. — 2) 'Triumviratum recognoscendi turmas equitum, quotiensque opus esset', ab Augusto excogitatum, memorat Suetonius Aug. 37. Eodem munere functus est etiam L. Volusius Saturninus, 'censoria potestate legendis equitum decuriis functus' Tac. ann. 3, 30 (cf. supra N. 1954 not. 1).*

9484 A. Ducenio | Gemino<sup>1</sup> cos., | XVvir. sacris | faciendis, sodali | Augustali, curator | vectigalium public.<sup>2</sup>, | leg. pro pr., patrono.

*Naronae rep. (Patsch Jahrbuch für Altertumskunde der k. k. Zentral-Kommiss. 2, 1908 p. 96). — 1) Cf. supra N. 5953. 9378. — 2) A. 62, cf. Tac. ann. 15, 18.*

9485 C. Carist[a]nio C. f. Ser. F[ron]toni<sup>1</sup> trib. mil., p[raef.] eq. al. Bosp.<sup>2</sup>, adl[e]cto in senatu inter | tribunic., promotus in|ter praetorios, leg. pro | pr. Ponti et Bithyn., leg. imp. | divi Vespasian. Aug. leg. | IX Hispanae in Britann., | leg. pro pr. imp. divi Titi | Caes. Aug. et imp. Domitian. | Caes. Aug. provinc. Pam|phyliae et Lyciae<sup>3</sup>, patro|no col. | T. Caristianus Call|purnianus Rufus | ob merita eius, h. c.

*Antiochiae Pisidiae (misit Ramsay a. 1912). — 1) De homine cf. infra*